UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Zosimo Presbytero. 340.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

λογισμὸν τῆς ἡγεμονίας ἐκβάλλειν, καὶ πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν, ἀλλ᾽ εἰ ὁ θυμὸς τῷ λογισμῷ συμμαχήσοιε, καὶ καθάπερ ὑπασπιστὴς βασιλεῖ ὑπακούσοιε, ῥαδίως ἐκεῖναι καταγωνισθήσονται. δικαίας γὰρ ὀργῆς καθ᾽ αὐτῶν κινηθείσης οὐχ᾽ ὑποστήσονται τὴν ἀπειλὴν, ἀλλὰ φροῦδοι οἰχήσονται, τὸ νικᾷν, τῷ νικᾷν ὀφείλοντι λογισμῷ ἐπιτρέψασαι, καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶν ὅπερ ὁ μελῳδὸς μὲν παρεκελεύσατο, σὺ δὲ μαθεῖν ἠθέλησας, ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.

Νεμεσιανῷ σχολαστικῷ. τλθ.

Ὥσπερ ἕλληνας, καὶ Ἰουδαίους, καὶ εἴ τινες τὰ ἐκείνων ἐζήλωσαν, ἀσεβεῖς τε καὶ ἀνοήτους ὁρίζομαι ἀποφαινομένους μηδὲν περὶ τοῦ σωτῆρος τοὺς προφήτας εἰρηκέναι, οὕτως τοὺς πᾶσαν τὴν παλαιὰν εἰς αὐτὸν μεταφέρειν πειρωμένους. οὐκ ἔξω αἰτίας τίθημι, ἅτε δὴ ἐν τῇ καθ᾽ ἡμῶν μάχῃ τρόπον τινὰ τοῖς διαδίκοις συμπράττοντας. τῷ γὰρ ἐλέγχεσθαι παρ᾽ ἐκείνων περὶ αὐτοῦ μὴ εἰρημένα εἰς αὐτὸν ἕλκειν ἐκβιαζόμενοι, τούτων κἂν τοῖς περὶ αὐτοῦ ἀληθῶς καὶ διαῤῥήδην εἰρημένοις ὑπόνοιαν τίκτουσι. χρὴ δ᾽ οὐχ᾽ οὕτως, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς αὐτὸν εἰρημένα, σαφῶς λέγειν. τὰ δὲ περὶ ἄλλων πραγμάτων ἐᾶν, περὶ ἐκείνων εἰρῆσθαι περὶ ὧν εἴρηται. οὗτος γὰρ καὶ ἀληθείας καὶ ἀποδείξεως ὅρος. οἱ δὲ τὰ μὴ προσήκοντα προφέροντες, καὶ τὰ προσήκοντα ἀνατρέπεσθαι παρασκευάζουσι.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. τμ.

Ἀνὴρ ἐλλόγιος καὶ ὀρθὸς μὲν τὸν τρόπον, λαμπρὸς δὲ τὸν βίον. τὸ γὰρ καὶ ἀξιώματι αὐτὸν λαμπρῷ κεκοσμῆσθαι παρήσω. σκιὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὄναρ ἐντυχὼν ἡμῖν ἀπήγγειλεν, ὁ προσῆλθε μὲν τῷ σεπτῷ θυσιαστηρίῳ τῶν θείων μυστηρίων μεταληψόμενος θεασάμενος δέ σε αὐτῷ παρεστῶτα, ἄνθρωπον πρεσβύτην μὲν τὴν ἡλικίαν, πρεσβύτερον δὲ τὴν ἀξίαν, ἀκμάζοντα δὲ τῇ

præſtigiis quibuſdam illiciant, ac rationē è principatu exturbēt, atque omnia ſurſum & deorſum miſceant. Ac ſi ira rationi ſuppetias ferat, ac tanquam ſtipator regi obedientem ſe præbeat, facili negotio illæ opprimentur. Iuſta enim ira aduerſus eas excitatas minas haudquaquam ſuſtinebunt: verùm irrito conatu abibunt, victoriam rationi, quæ victrix eſſe debet, concedentes. Atque hoc eſt quod Pſaltes quidem monuit, tu autem intelligere cupis. Iraſcimini, & nolite peccare.

Nemeſiano Scholaſtico. 339.

Quemadmodum Gentiles & Iudæos, & ſi qui ſunt, qui eorum dogmata conſectentur, impios & væcordes eſſe ſtatuo, quòd Prophetas nihil de Saluatore locutos eſſe pronuncient: eodē modo eos, qui vniuerſum vetus Teſtamētum ad ipſum transferre conantur, culpa minimè carere ſentio: vt qui in ea pugna, quam aduerſum nos ineunt, ad ipſum velut obtorto naſo trahere ab ipſis conuincuntur, eorum, etiam in his, qui verè ac deſertis verbis de eo dicta ſunt, ſuſpicionem pariunt. Atqui non ita facere conuenit: verùm ea quidem, quę ad eum apertè ſpectant, dicere, quæ autem de aliis rebus, ea de his rebus, de quibus dicta ſunt, dicta eſſe ſinere. Nam hæc demum veritatis ac demonſtrationis regula eſt. Qui autem ea, quæ ad eum minimè attinent, proferunt, hoc efficiunt, vt ea etiam, quæ ipſi conueniunt, euertantur.

Zoſimo Presbytero. 340.

Vir quidam diſertus, atque & moribus integer, & vita ſplendidus (nā quod etiam ipſe luculenta dignitate ornatus ſit, prætéribo. Vmbra enim hoc eſt, & inſomniū) me conuenit, illúdque narrauit, ſe ad venerandum quidē altare acceſſiſſe, vt diuina myſteria perciperet: at vbi te, hominē, ætate quidem ſenem, dignitate autē presbyterum, libidine autem vigentem, atque omnes, quorum impudicitia hominum

ſermone celebratur, ſuperantē, illic aſtare conſpexit, pedem retuliſſe: quòd ſcilicet indignam rem eſſe duxiſſet, ſacroſancta myſteria per impuram ac ſceleſtam manū ſuſcipere. Ego verò his auditis, quantum animo vulnus acceperim, dicere prætermittam: quibus autem verbis eum grauiſſimè reprehenderim, exponam. Nullo, inquam, detrimento, vir ſapientiſſime, is, qui ſuſcipit, afficitur, etiam ſi is, qui tribuit, indignus eſſe videatur: neque incōtaminata myſteria conſpurcantur, etiamſi ſacerdos omnes mortales improbitate ſuperet. Quòd ſi mihi diffidis, coruum cogita, impurum, inquam, illud atque in pullos ſuos crudele animal, cuius opera ille in cælum excurrens, ac cæli ciuis Elias alebatur. Atque alia inſuper multa dixi, quę duplici de cauſa ad te ſcribere recuſaui: alteram ne ſuperuacaneam prolixitatē epiſtolæ adderem, altera ne tua vitia nimiùm exaggerare videar. Quemadmodum igitur illi ſuccenſui, ſic etiam te moneo, vt aut reſipiſcas, aut à venerādo altari abſcedas: ne alioqui eos, qui ad ipſum accedere inſtituunt, per tuas actiones ſubmoueas.

Paulo. 341.

Quoniam Hebræi, cùm quadraginta annorum ſpatio manna alerentur (quòd ſi humanam rationē ſpectes, ad robur corporibus afferēdum parum idoneum erat) in eadem fortitudine ac robore perſtabāt, ac fortaſſe maiorem etiam vim conſequebantur (non enim alimonia, ſed diuinum decretum animas & corpora cōſeruabat) idcirco, id quod tibi exponi quæſiſti, Legiſlator dixit, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Quod etiam Chriſtus, diabolicam machinam propulſans, oppoſuit: atque hac ratione tentatoris vires concuſſit ac perfregit.

Theoni. 342.

Nō animaduertunt hæretici per ea ipſa, quæ aſtruunt, ſe irretiri, ac per ea ipſa

λαγνείᾳ, καὶ πάντας τοὺς ἐπ' ἀσελγείᾳ βεβοημένους ὑπερακοντίσαντα, εἰς τοὐπίσω κεχώρηκε, μὴ ἀξιώσας τὰ ἱερὰ μυστήρια διὰ μιαρᾶς χειρὸς δέξασθαι. ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἐπλήγην τὴν ψυχὴν ταῦτα ἀκούσας, παρήσω. ἃ δ' ἐκείνων καταχράτος ἐμεμψάμην, λέξω. οὐδὲν, ἔφην, ὦ σοφώτατε, παραβλάπτεται ὁ δεχόμενος, εἰ καὶ ὁ διδοὺς ἀνάξιος εἶναι δοκοίη, οὐδὲ τὰ ἄχραντα χραίνεται μυστήρια, εἰ ὁ ἱερεὺς πάντας ἀνθρώπους εἰς κακίαν παρελάσειεν. εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐννόει τὸν κόρακα, τὸ ἀκάθαρτον καὶ μισότεκνον ζῶον, δι' οὗ ὁ οὐρανοδρόμος καὶ οὐρανοπολίτης Ηλίας ἐτρέφετο. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἔφην, ἅπερ γράψαι σοι δυεῖν ἕνεκεν παρῃτησάμην, τοῦτε μὴ μῆκος περιττὸν τῇ ἐπιστολῇ προσθεῖναι, τοῦτε μὴ δοξαι λίαν τὰ σὰ ἐκτραγῳδεῖν κακά. ὥσπερ τοίνυν ἐκείνῳ ἐμεμψάμην, οὕτω καὶ σοι παραινῶ, ἢ μεταγνῶναι, ἢ ἀποστῆναι τοῦ σεπτοῦ θυσιαστηρίου, ἵνα μὴ τοὺς προσιέναι αὐτῷ προῃρημένους, διὰ τῶν σαυτοῦ πράξεων ἀπελαύνοις.

Παύλῳ. τμα.

Επειδὴ ἑβραῖοι τεσσαράκοντα ἔτη τῷ μάννα τρεφόμενοι, οὐκ ἀξιοπίστων ὅσον κατ' ἀνθρώπινον λογισμὸν πρὸς ἰσχὺν σωμάτων τυγχάνοντι, διέμενον ἐπὶ τῆς ἴσης ἀλκῆς τε καὶ ῥώμης, ἴσως δὲ καὶ μείζονος ἀπέλαυον δυνάμεως. οὐ γὰρ ἡ τροφὴ, ἀλλ' ὁ θεῖος ὅρος διεκράτει καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, ἔφη ὁ νομοθέτης, ὅπερ μαθεῖν ἠθέλησας, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς διακρουόμενος τὸ διαβολικὸν μηχάνημα, προεβάλλετο καὶ κατέσεισε τοῦ πειράζοντος τὴν ἰσχύν.

Θέωνι. τμβ.

Λανθάνουσιν αἱρετικοὶ δι' ὧν κατασκευάζουσι, διὰ τούτων ἁλισκόμενοι.

καὶ δι'